ORATIO IOHANNIS BAPTISTAE ADRIANII HABITA FLORENTIAE IN SACRIS FUNERIBUS...

Giovanni Battista Adriani

ORATIO IOHANNIS BAPTISTAE ADRIANII

HABITA FLORENTIAE IN SACRIS FVNERIBVS

CAROLI QVINTI CAESARIS AVGVSTI

FLORENTIAE
M D L V I I I.

VAE res animum, ſtudiumq; iis, qui laudare quempiam inſtituerunt addere ſolent, hæ mihi hoc tempore uehementer obſunt rerum præclariſſime geſtarum copia, atq; amplitudo. Cum enim mecum ipſe conſidero breui temporis ſpatio laudes CAROLI Quinti Cæſaris Auguſtiſſimi uobis præſentibus amplißima, ac ſumma dignitate Patres, honeſtiſſimi Magiſtratus, ac præſtantes nobilitate ciues a me eſſe celebrandas, non tam quid me facere oporteat in hoc munere obeundo ſum anceps, quàm aut unde exordiar, aut quem ad exitũ oratio dirigatur. quæ enim tanta ingenij uis? qua memoriæ tam diues theſaurus? quæ umquam tanta eloquentia fuit? quæ tot, tantarumq; rerum mole, uirtutumq; maximarum copia, ac uarietate non facile obrui poſſit? accedit ad hanc animi noſtri moleſtiam ueſter, ac totius Populi Florẽtini, atq; ut uerius dicam totius penè orbis terrarum luctus, atq; is lugubris, triſtisq; conſpectus, qui quocũq; oculos inciderint animũ ſuo affectu languentem cõmuni mœrore etiam uulnerant. Illud præterea non negauerim permoleſte tuliſſe me clariſſimi uiri obitum, & ſi enim is nihil, aut parum ad me pertinere uideam, quippe qui aulam numquam aſpexi, nec publicis ullis muneribus interfui nõ poſſum tamen uehementer non commoueri, cum intelligã Hiſpanias, Italiam, Germaniam, Belgas, innumerabiles pene nationes, ac prouincias luctu confici, ac deſiderio optimi parentis, iuſtiſſimi regis, fortiſſimi Imperatoris mœrere, homo enim ſum, atq; eadem naui, qua plurimi mortales ipſe etiam uehor, ut tam prudentis gubernatoris interitu

minime mirandum ſit ſi pro mea parte tamquam de proprio periculo doleam. quamquam bonorum ciuium illud eſt ſentire, vt iiſdem affectibus, quibus principes in ciuitate viri, illi etiam moueantur. Cum igitur audiam amplißimũ Ducem, omnemque illius illuſtriſſimam familiam in luctu eſſe, atque ob grauiſſimum caſum, acerbiſſimumque mœrere, ipſe non doleam? non lugeã? non mœrore conficiar? ferrem profecto ſim, ne dicam impius ſi tam grauis, ac iã cõmunis doloris partem ad me pertinere non putem quod ſi mihi hoc onus ſaluo officio ſubterfugere licuiſſet, nec ego illud haud grauate eloquẽtiori, minuſue affecto reliquiſſem. Verum qui ad hanc prouinciam me delegerunt ornatiſſimi viri nomine, auctoritateque Illuſtriſſimi Ducis reluctãtem quidem propter rei nouitatem aliquantulum, vt pro hoc munere fungerer me compulerunt vt mihi iam nulla tergiuerſationis, aut excuſationis ratio relinquatur, Rem igitur grauem, ac meis viribus imparem hodierna die ſuſcepi, vt omnium poſt hominum memoriam longe maximi, ac præclariſſimi viri more maiorum virtutes, actamque vitam celeberrimo hoc loco, maxima clariſſimorum virorum frequentia, honeſtiſſimis amplißimæ ciuitatis ordinibus, magiſtratibuſque præſentibus aliqua ex parte attingam in quare peragenda aliud mihi propoſitum eſt, ac alijs in toto hoc genere eſſe ſoleat. nam genus, patriam, parentes, actamque laudabiliter pueritiam, magnamque iuuentutis partem præteream neceſſe eſt, non quod non vndique laudabilia illa ſint, ſed quod non niſi longo tempore explicari poſſint, & nos ad maiora properamus, & quod ex his pleraque non propria vi comparantur, ſed à fortuna

donantur. Praterea quis est tam omnium rerum ignarus, qui nesciat Austriæ familiam omnium, quæ in orbe terrarum habentur esse nobilissimam? & virorum illustrium, regum, Imperatorum, victoriarum, triumphorum multitudine, & continenti serie celeberrimam? (ui Federici, Maximilianique, augustissimi Imperatorum huius, quem fato functum lugemus aui, ac Philippi patris nobilitas, virtutes, facta que egregia non sunt cognita? hæc, ceteraque huius generis in his celebrentur, qui suarum rerum nudi alieunde laudum copiam mutuare coguntur. Nos enim ea tãtum bona referemus, nec omnia, quæ non aliunde accersita, sed propria virtute comparata vere laudabilia esse cẽsentur. Qua fuerit pietate, qua fortitudine, qua mansuetudine, qua fide, qua benignitate, qua æquitate. Quibus laudibus referenda pro veritate dignitas postulat vtinam ego satis esse possim. Iam quidem illud omnibus constat eam præcipue fuisse causam veniendi primo in Italiam Cæsari, vt prouinciam hanc multis bellorum tempestatibus agitatã prostratamque sua præsentia sublleuaret, Vrbemque ipsam pauloante à barbara Borbonio duce vexatam, direptamque recrearet, summumque Pontificem in pristinam dignitatem reponeret, maximisque in illum conferẽdis beneficijs siquid simultatis ex præteritis incõmodis illius animo resedisset totum aboleretur. Quod factum in summum Christiani nominis, sacrorumque Antistitem quod commiserunt barbari totum impietate ducum, militumque auaritia inscijs Cæsare factum esse indicauit. Quod Clementi summo põtifici Cæsar re ita deinde probauit, vt paucis interpositis mensibus Bononiam cum maximo procerũ

comitatu ſeſe tranſtulerit, atque ibi maxima Chriſtianorum principum frequentia, magnificentiſſima pompa, pulcherrimo apparatu imperatoria aurea corona Carolum inſignierit, atq; honeſtarit. Qua dignitate inter Chriſtianos principes nulla maior habetur, nec niſi de Chriſtiana rep. benemeritis cæſaribus tribuitur. Cuius quidem dignitatis memor, ſuique officij probe conſcius non multum poſt tempus cum Thurcarum rex maximis coactis pedeſtribus equeſtribusque copijs Germaniam magno conatu inuaderet, periculumque eſſet, ne proſtratis Germanorum phalangibus magna celeritate in Italiam aperiretur, veteranorum militum cum Hiſpanorum, tum Italorum vndiq; conuocatorũ robur præmiſit, ipſe maximis itineribus ſecutus cum ſummi pontificis legato, militumque magna manu, quos Pontifex ad prium bellum ex omni Italia delegerat hoſti occurrit. Quo loco cognoſci facile potuit quantũ vnius Imperatoris nomen, atque auctoritas apud ſuos, atque apud hoſtes valeret. Cæſare enim exercitum ductante Chriſtiani milites, quamuis numero hoſtibus multo inferiores, quique vſq; ad illam diem nullibi æquo marte diſceſſerant, tunc nõ modo hoſtem aperto campo expectare, ſed etiam in hoſtilium caſtrorum munimenta irrumpere geſtiebant. Contra Thurcarum exercitus antea inuictus tunc primũ noſtrorum militũ aſpectũ pati vix potuit, & quaſi diuino numine conſternatus magis loterũ beneficio, ac longinquitate, quã propria virtute tutus euaſit. Quod ſi per anni tempora noſtris hoſtem inſequi licuiſſet, ea virtus Imperatoris, ea militũ alacritas fuit, vt bellũ breui confici potuerit, ac de hoſte immaniſſimo honeſtiſſimũ triumph-

phum duci. Quid? cũ Ariadenum archipiratam ingẽti classe proximæ Siciliæ, atq; Italiæ littora in Aphrica occupassẽs, arceq; totius regionis munitissima, Tunetanoq; regno potitus maritimis nostris regionibus immineret, quanta celeritate optime Deus classem Italiæ, Siciliæ, Hispaniæ littoribus exornauit? magnoq; peditũ, equitũq; numero imposito ita euolauit vt prius è speculis hostis classem adesse cognoriit, quã aut tantũ bellũ parari, aut militẽ cogi audisset. quod quidẽ bellũ genere ipso periculosum, nobis maxime necessariũ cũ peritissimo Duce, & validissimo militũ Turcarũ præsidio septo gestũ, ineunte vere paratũ, media æstate intra paucos dies, a quibus milites conscenderãt confectũ est. qua victoria omnes pene Christianorũ animi maximo metu sunt liberati, hostes instructissima classe, portubus, vrbibus, arcibus, naualibus, omni bellico instrumento ad nos impugnandũ cõparato spoliati. Omittimus hoc loco plurima bella, quæ eadẽ pietate impulsus aut ipse suscepit, aut per vicarios, legatosq; varijs locis varia fortuna administrauit, quo loco minime reticendũ quos classes, quot exercitus, quot nobiles duces ad antea ignoratas terras latissimo oceano à nostris disiũctas veræ religionis causa dimiserit. Sed quid ego hæc singillatim colligo. quod vmquã Cæsaris factũ, quod consiliũ, quæ oratio vmquã fuit, in quibus veræ, ac sinceriſsimæ pietatis indicia non præferrentur? quæ illũ res vmquã tã secunda aut ita exsulerunt, aut tã aduersæ depresserũt, vt diuinũ culiũ, aut negligeret, aut illius obliuisceretur? Nam quanto animi robore fuerit, quanta heroica magis quã humana fortitudine, veretur ne, vtre ipsa est ita verbis explicari queat, nec

vero aliter tot labores obire, tot curas ſuſtinere, tot perí-
cula adire, tot inſenſiſſimis hoſtibus occurrere, tot victo-
rias conſequi potuiſſet. hunc nemo vmquã pauentẽ, nemo
nõ ex imperatoria dignitate ſententẽ, nemo nõ de ſua vir-
tute optime ſperantẽ, ex vultu, ex oculis, ex ſenſu, ex ora-
tione animaduerteret. quod in memorabili illa clade præci-
pue perſpectũ eſt, quã nihil quiſquã atrocius eſt expertus.
cũ enim maximã claſſẽ, atq; omnibus rebus inſtructiſſi-
mam ad maxime infenſa Aphrica littora iteſ ũ appuliſ-
ſet, partemq; copiarũ iam expoſuiſſet, non dum bellicis in-
ſtrumentis expeditis, non dum cõmeatibus cõparatis, cum
fœda exorta tẽpeſtate naues inuicem colliderentur, mare
fluctibus intumeſceret, terra continenti imbre, procellaq;
ſæuiſſimus prater illius oræ conſuetudinẽ pulſata fulmini-
bus, tonitruq; reboaret, tũ ex altera parte amnis imbri-
bus auctus nullã effugiendi copiã præberet, ex altera ho-
ſtis vrgeret, ac omnia demũ vndiq; atrociſſimã mortẽ intẽ
tarent, tum vero inuictũ Imperatorẽ acerrimo vultu, ma-
gnoque animo, ac forte vidiſſes, cum aly pene omnes malo,
metuque conſternati facerent ea, quæ in tanta calamita-
te præſtari poterant ſtrenue parantẽ, hos, atque illos ade-
untem, hortantẽ, monentẽ, ſubleuantẽ, ſibiq; ipſi in nul-
la re indulgentẽ, donec magna claſſis parte amiſſa, magna
exercitus, qui adhuc in nauibus erat multis locis diſſipata,
omni bellico inſtrumento, reliquæ neceſſarijs partim ſub
merſis, partim vndis aloque corrupta flumen pedibus iã
remiſſo aquarũ impetu tranſire coactus ſit. quo loco magna
de cuiuſque militis quã de propria ſalute ſollicitus fuit. miſe
enim omnibus ad alteram ripam incolumibus ipſe flumen

erãſmittere noluit. Quin etiã in vado nõnullos lapſos manu ſublenauit, alios infirmo paſſu gradientes ſuſtinuit. vt hunc vnum illam exercitus partem incredibili animi fortitudine ſeruaſſe vere ſentire, ac prædicare debeamus. Quam virtutem non multis ab hinc annis Germani deinde ſunt experti, ad quos cum ſedandarũ ſeditionũ, & maieſtatis retinendæ cauſa acceſſiſſet, bellũ à turbulentis Germaniæ principibus ſubito cõcitatũ eſt, quod bellũ primo geri, quã paratã Cæſar ſenſit. ipſe enim regio tantũ comitatu inſtructus, nullo pene milite ſeptus pacato animo in prouinciã venerat. cũ interea iam aperti hoſtes non diſſimulanter liberas Germaniæ ciuitates opulentiſſimas ad defectionem metu ſeruitutis iniecto ſollicitabant, qui omnũ opinione maiore exercitu collecto mox Cæſarem inuaſuri videbantur, atq; hoc tanta celeritate, vt appareret iam antea meditatũ animo conſiliũ vſq. in illã diem eos diſtuliſſe, quo illũ minus paratũ offenderent. Cum igitur hoc loco res eſſet, omneſq. qui Cæſari bene conſuliũ volebant aut propere abeundũ cenſerent, aut ab armatis cõditiones accipiendas, quorũ vtriũuis ea perſona quã Cæſar gerebat indignum eſſe iudicabat, turpemq; ignominiæ notã, ſi quicquã tale cogitaret ſubeundã, quidus potius pati quã tantũ dedecus admittere decreuit. itaq. quæ ſolitus erat in dubijs aſperiſq; rebus animi virtute conſilia bello explicare, aggreſſus modico cõflato exercitu hoſtes expectãdos cenſuit. qui vt animo erant promti, ita ducũ peritia, militumq; numero freti maxima equitũ innumerabili peditũ manu pene ſub caſtra Cæſaris caſtra contulerũt. Cumq. multis vndique aſſultibus Cæſarianos milites laceſſiſſent ſemper

cum

eum clade reiecti ſunt. cumq. nullibi æquã in prælijs par-
tem tulisſent longo bello fatigati, cum Cæſaris copijs, et nu-
mero, & militũ genere auctiores, confirmatioresq. iam eſ-
ſent, re infecta abierunt. quo tempore vix dici poteſt quã-
ta in Cæſare virtus emicuerit. cum enim aly pene omnes
animis defeciſſent, ille multo animi robore imperatoria
munera ſolus obire, omnia prouidere, periculis vbi opus eſ-
ſet ſeſe offerre, alios hortari, alios increpare, ac eandem eo
eius belli, quo maius nullũ, ac periculoſius noſtra hac ætate
geſtũ eſt vnus ſuſtinere, ac demũ tantũ inſtare, vt non
multo tẽporis ſpatio omnes illius infenſiſſimi hoſtes aly me-
tu, aly incredibilium admiratione virtutũ, aly victi bello, ac
capti ad victoris pedes ſeſe proiecerint, ſalutemq. ab eo ſup-
plices impetrauerint. quã quidẽ magnã ex Cæſaris clemẽ-
tia, quã ex alia vllare ſunt conſecuti. in quos ſacroſanctã
imperatoriã maieſtatem armis, ac verbis conuellere cona-
tos cum pro ſuo iure poſſet animaduertere, ac de illis iuſtũ
ſupplicium ſumere, omnes eamen ſeruauit incolumes, ac nõ
multũ poſt tempus leuiter caſtigatos dimiſit. O clementiã
Cæſaris admirabilem, o mores Chriſtiano principe dignos.
hæc tanta animi lenitas, hæc incredibilis benignitas cele-
brabitur illa quidẽ omnium linguis ſæculis innumerabilibus,
magiſq hanc poſteritas. omnis admirabitur quã tot victo-
rias, tot triũphos, tot regna, tot, eamq diuerſis locis victos,
ac profligatos hoſtes. hanc enim gloriã propriam eſſe Cæ-
ſaris omnes ſemper gentes fatebuntur. bellicæ enim laudis
in partem vocari volunt milites, centuriones, locorũ, tempo-
rumq. opportunitates, ac poſtremo ipſa fortuna, cuius cũ
in humanis rebus omnibus magnũ eſt momentũ, tum in bel-

ſicis certe maximũ, at huius, quæ clementiæ, ac manſuetu
dinis eſt comes nullũ habee ſocium Cæſar, totum quod ex
ea capitur, totũ inquã & ſolidũ, quod quidẽ permagnum
eſt, Cæſaris eſt non igitur ſolũ bellica laude, quod fortiſſi-
mos hoſtes deuicerit, ſed multo magis, quod iracundiæ in
ipſa victoria, qua natura eſt inſolens, modũ impoſuerit Cæ
ſar eſt celebrandus Cuius regiæ liberalitatis, ac munificẽ-
tiæ teſtes ſunt, quecumq aut in bello, aut in alio quouis ne-
gocio egregiã illi operã aliquando nauarunt. quorum alij
regna, alij oppida, alij regias opes, maximaſq. dignitates
ſunt conſecuti nec vllo paulo illuſtriori facinoris merees eſt
non ex dignitate relata. nec quod pleriſq regibus cõmune
eſt in quoſuis temere beneficia ſunt collata, ſed apud di-
gnos ſummo iudicio collocata. cuius rarę virtutis teſtis eſt
Galliæ ciſalpinæ, ceſtes Campania, teſtis Appulia, ceſtes
denique omnes illius ditionis prouinciæ, quæ fortiſſimorum
virorũ, atq honeſtiſſimorũ perpetuis magiſtratibus ſimul
exornantur, & muniuntur. hoc enim ille regiũ maxime eſſ
ſe putabat nichil præter gloriã, ac dignitatẽ vehementius
eſſe expetendũ, cætera communia eſſe oportere, ac ſe non tan
tum maximarũ opũ, atq ampliſſimarũ à Deo poſſeſſorẽ,
quamũ earumdem cõmodum diſtributorẽ eſſe inſtituũ. ve
ſi quis in illu parandu, ſeruandiſq. labor ineſſet, id ille ſuũ
puaret, ceterũ fructum aliorũ Hac igitur mente, præcla
riſſimaq virtute inſtructus fortiſſimus vir tanto militũ ſtu
dio, atq alacritate quocumq. res poſceret, quaſi aliquibuſ
dam eſt ſublatus, vt facillimũ illi fuerit Turcarũ regum
regna opulentiſſima ſemel, atq iterum inuadere, Africæ
munitiſſima oppida expugnare, Germanorum ingentes eo

natus infringere, cum Gallis perpetuis hostibus continenter bellum gerere, & demum omnes maris sinus, omnes terrarum tractus tum armato milite summa felicitate, & celeritate peruadere. hæc igitur omnia tam non sunt, non sunt fortunæ alicui Cæsaru præcipua, sed ipsius Cæsaris animo, ac virtutibus tribuenda. Quanta autem fide fuerit, quod regum præcipuũ esse debet, cum permulti alij socij, tum cerce Illustrissimus dux noster omnibus satis indicio esse potest. cuſtatim ad summũ huius ciuitatis principatũ merticissimo euecto præsto vndiq. affuerint cæsariane copiæ, quæ hostes tam mœnibus huius vrbis imminẽtes auerterunt, ac profligarunt. Quid? proximo bello, quod cum acerrimo duce, atq impigro gallicu opibus, atq a nu abũ dc fulcto est gestum, quanto studio spectata virtutis equitibus, ductibusq. maximo in perculo nos sublcuauit? atque adeo, vt qui quasi victores alacres passim nostru oppidis insultarent paulo post victi, ac profligati insignem de se victoriam nostris militibus tradiderint. eo enim animo semper Cæsar fuit, vt sociorũ fortunas cõmunes esse putarec, nec magis sua, quã illorũ iura inuiolata esse vellet. eiusdem fidei illud etiã est argumentũ, quod Alexandro Duce perdolum necato cum facillemũ Cæsari esset florentissima ciuitate atq opulentissima vt serua vti, cum in manu totius florentini regni munitissimas arces haberet tantum abfuit vt hoc faceret, vt cum principum in ciuitate virorum honestissimus ordo Cosmum Medicem ex fœderum tabulis ad summam dignitatem summa cum auctoritate euexisset maximo studio illorũ cosilia, et multis laudibus facta prosecutus sit, ipsumq. nouũ principem maxima indolis adolescẽ

tem opibus, promissis, præceptis, spe, adiuuerit, confirmauerit, auxerit. Numquam profecto me deficiat oratio, si quæ in hoc genere ab illo iustissime, ac sapientissime gesta sunt referre velim. sunt autem numero pene infinita, genere præclara, ac sua luce ita illustria, vt nemine memorante ab omnibus facile intelligi, & cognosci possint. nullus enim pene locus est in orbe terrarum, nulla prouincia, quæ non huius integritatis, & fidei insigne aliquod monumentũ præferat. Quid ego in hoc viro æquitatem, iustitiamue nũc laudẽ? cum oẽs humani animi virtutes ita mutuis quibusdam vinculis connexæ, complicataq. sint, vt vna sine altera nec esse, nec intelligi possit, vt qui hanc, aut illam in aliquo laudarit, alias sciat etiam se laudasse. Nam quæ in cæteris imperatoribus miris laudibus extolluntur virtutes labor, industria, celeritas, consilium iure à me prætermittentur, malo enim eas ex rebus gestis, atq. ex victorijs de acerrimis hostibus partis, hoc est ex re ipsa, quam ex verbis cuiusuis intelligi. Quamquam ego quidem censeo omnes regias virtutes, atq imperatorias ea sententia cõtineri, quã Alexander ille Macedo in sapientissimo poeta laudare præcipue solebat, bonum esse regem, ac strenuũ bellatorẽ. quæ vox huius nostri animo multo magis quàm Macedonis hæsisse videtur, qui fortasse magis illius vim tenere, quã ex illa viam instituere didicit. Si enim vtriusq. vitam diligenter perpenderimus hunc nostrum morum integritate lõge præstitisse etiam Alexandri amici fatebuntur. siquidẽ ab hoc nihil nisi pium, æquũ temperatũ, mite. ab illo impia nonnulla, iniqua quædam, luxuriosa, ac crudelia. Nã res gesta quibus maxime celebratur Alexander haud quaquã sunt cum his, quæ hac ætate vidimus aut hostiũ

genere, aut bellorum, regionumq. varietate cõferenda. hic validissimas Germanorum phalanges perrupit, huius impetũ deuota morti Turcarũ pectora nõ expectarũt, huius virtuti Asiorum artes cesserunt, hunc confertissimae Gallicis equitatus turmae non sustinuerunt. Macedoni autem Asiaticae nationes, natura imbelles, longo seruitio enerua tae, luxuria diffluentes quasi quaedã opima praeda à Fortuna obiecta sunt quas nullum pene negocium fuit à veterano milite, et à Philippo patre ad omnia belli munera exercitato superare. Multa à me in hoc genere praetermittuntur, ne videar inueterata celeberrimi iuuenu, ac fortissimi gloriae inuidere. Quod siqui sint qui Scipiones aut Annibalem, aut Iulium Caesarem, aut alios quosuis huic nostro praeponendos censeant illorum opinionem vt puto multo melius refellent futura secula, quae sine amore, sine cupiditate, sine odio, aut inuidia multo integrius studia abunt. Sed vt hoc etiam cõcedamus paucis in aliquo fuisse bellicã laudem, in hoc quidẽ, quod dicemus omnes se vinci aequo animo patientur. Nam hostes manu, consilio, armis superare hoc quidem multis concessum est. Sed se ipsum vincere, regnandi cupiditatem non modo temperare, sed ex animo penitus extirpare hoc à nullo factũ esse vnquam audiuimus, videturq. hoc non iam humanũ esse, sed diuinũ. Siquidem nulla alia magis de causa simultates, odia capitalia, nices inter arctissima necessitate deuinctos exortuerũe. hoc enim illud est quod spectatae etiam virtutis homines fas omne subuertere coegit, vt non puduerit non inelegãtes viros crebro illã sententiã vsurpare, si ius violandũ est imperij gratia violandũ. tantopere haec regnandi cupiditas optimũ quodq. ingeniũ nescio qua dulcedine ad se mirũ in modum

allicit. quo magis diuini hominis consiliũ semper admiremur necesse est. ego quidẽ quibus verbis hoc explicem, ipse profecto nescio Nã quæ hucusq. de eo à nobis dicta sunt, etsi vix credibilia humana tamen fuerunt, & verbis cõmunibus proferri potuerũt hoc autẽ diuinũ penitus est vt verear interdũ, ne huius de quo loquimur manes si hoc licet dicere michi subiraſcãtur, ſi diuinũ hoc factũ quoquo modo humaniter laudauero. præsertim cum ipse mortalẽ hanc vitã viuens gloriolã hanc vagantẽ per hominũ ora semper neglexerit, & nunc alterã illã beatissimã multo magis, vt inanẽ, et futilẽ neglegat. Sed tamen ò quondã inuictissime, ac maxime, nũc vero etiã sanctissime, ac beatissime Imperator ſiqua ex cæli regione nos aſpicis, ubiq. sacra hæc fieri, ac iusta celebrari vides per te nobis liceat ea, quæ nunquam in alio vidimus, numquam audiuimus, inquã legimus, numquã fieri posse credidimus, liceat inquã prædicare, laudare, admirari, obstupescere antea quidem res tuas gestas, imperia, victorias, regna tua verbis extollere solebamus, vt nũquã tale vlla memoria fuisse, nũquam futurum fateremur, nũc postremũ hoc quale sit nichil nobis superest quo modo proferamus tantũ enim ac tale est, vt vix mente cõcipi, ne dum humana vlla vt efferri possit. Hic enim cũ omnibus, quod Christianissimũ principem ac vere piũ cum in bellorũ administratione, tum regnorũ gubernatione facere oportet fortiter, iuste q. muneribus functus esset, veraque illi gloria ac nũquã obitura, quæ recte factis comitatur satis superq fecisset, memor alterius vitæ, ad quã semper aspirauerat rebus his caducis, atq. humanis modũ imponendũ esse sapientissime statuit. cumq. dignos quibus administrandarũ, regendarumq. maximarum rerum curã

traderet Philippum filium, & Ferdinandum fratrem ſi-
bi preſto eſſe videret in hunc omnia auita & bello parta
regnorũ iura, omnes regias opes, et liberã regnãdi auctori-
tatem, in illum omnia imperatoria maieſtatis, ac digni-
tates inſignia volens, libens, firma mente, tempore maxi-
me opportuno, ſapientiſſimo conſilio trãſtulit. quo ipſe om-
ni humana cura liber, quod diu maxime exoptarat vita
ſempiterna, ac vera adhuc viuens partem guſtaret. qua
vita vita maxime eſt habenda ac Diuorũ propria, cuius
ſuauitate ita ſeſe oblectauit, vt breui omnibus humanis af
fectibus extincta nuda, ac perfectiſſima mens Dei ipſius
perfectione frueretur. quod quidem quantum, & quale ſit
mihi quidem ad cogitandum difficillimum eſt. atq. ita vi-
tam hãc per aliquod tempus beate traducens eo peruenit,
vt deficientes ſenſim corporis vires vix ſentiens ad finem
huius, & principium alterius deuenerit, quo quidem in lo
co qui ſunt (ſcimus omnes) quãtopere huius dulciſſimæ lu
cis amiſſione moueantur ille autem, vt qui diuinã tam, ac
perfectiſſimã vitã diu fuerat meditatus, illiuſq. ſuauitatẽ
guſtarat, eo gaudio ex hac euolauit, vt qui è teterrimo ali
quo, obſcuroq. carcere in libertatem, & in lucem emittun
tur. Hoc igitur ſanctiſſimi hominis factum ita admirabile
eſt, vt omnem excedat ſenſum nam hominem eſſe, & om-
nes humanos exuere affectus vix in quoquã credibile eſt.
quod tamen & factum eſſe, & ab eo viro factum, qui cete
ros omnes opibus, gloria, ſplendoreque antecret, videmus.
Hunc igitur merito lugemus nobiliſſimi viri, quem & na-
tum eſſe pleriq. ſemper lętabuntur, et mortuũ maximo de
ſiderio proſequentur. ſed vereor interdum ne gemitu, fle-
tuq. noſtro, ac magna lacrimarum vi, quas dulciſſimus fi-

Eus, amãtiſſimus frater, chari nepotes, omnis auguſta domus ac familia, quae Hiſpania, quae Germania, quae Italia, quas illuſtriſſimi noſtri principes, quas nos ipſi ad hoc inane buſtum fundimus illius oculos, atq. aures obtundamus, quod ſecuriſſimã illius quietem perturbent. Ibi ille igitur veniã impetrandã cenſeo, vt quo maiorem illius virtutem, ac diuinitatem fuiſſe carendo nunc intelligimus, eo magis dolori, lacrimiſq; nos ſinat aliquãtulum indulgere, vt cum tanto, ac tali parente, patronoq; orbati ſimus patiatur nos inam hoc quidem, ſed tamen nobis debito, & in tãta calamitate gratiſſimo officio fungi, cumq; tot, tãtiſq; beneficijs aucti, virtutibus immortalibus illuſtrati, exempla ad veram gloriam, atq; honeſtatem inuitati hoc illi ſaltem ex noſtro affectu, ſi non ex illius merito rependamus. nec enim animo tam firmo ſumus, vt tam aduerſam fortunã ac miſerã æquiſſima mente feramus. querimurq; interdum eam eſſe omnium mortalium conditionem, vt poſt tot curas, poſt tot labores, ægritudines, morbos æquo omnibus mortenda neceſſitas ſit impoſita, oportuit enim quorundam vt opera fuerunt immortalia ita et vitã eſſe immortalem. ſed in hoc me ipſum reprimo, quod fortaſſe nõ ex vero, ſed ex humano affectu de rebus diuinis diiudico. Ille enim vitã immortalem maximis in humanũ genus cõferendis beneficijs, & vero Dei cultu ſeruãdo eſt conſecutus. Verum tamẽ hoc tã ſatis ſit. Vos autem in tãta acerbitate humaniſſimi viri illa ſpes cõſoletur, quod Cæſare vita functo, ex paterna diſciplina Philippum filium clauo ſucceſſiſſe videmus. quo gubernãte nõ minus ſecundã nauigationem, quod tã experti ſumus & cælum & dij, & venti, & maria, & ſidera pellicentur.

FINIS.

17098

VAE res animum, ſtudiumq; ijs, qui laudare quempiam inſtituerunt adhibere ſoleni, hæ mihi hoc tempore uehementer obſunt rerum præclariſſime geſtarum copia, atq; amplitudo. Cum enim mecum ipſe conſidero breui tempore ſpatio laudes CAROLI Quinti Cæſaris Auguſtiſſimi rebus præſentibus amplißſima, ac ſumma dignitate Patres, honeſtiſſimi Magiſtratus, ac præſtantes nobilitate ciues a me eſſe celebrandas, non tam quid mo facere oporteat in hoc munere obeundo ſum anceps, quàm aut unde exordiar, aut quem ad exitũ oratio dirigatur qua enim tanta ingenij uis? quis memoria tam diues theſaurus? quæ umquam tanta eloquentia fuit? quæ tot, tantarumq; rerum mole, uirtutumq; maximarum copia, ac uarietate non facile obrui poſſit? accedit ad hanc animi noſtri moleſtiam ueſter, ac totius Populi Florẽtini, atq; ut uerius dicam totius penè orbis terrarum luctus, atq; is lugubris, triſtiſq; conſpectus, qui quocũq; oculis inciderint animũ ſuo affectu languentem cõmuni mœrore etiam uulnerant. Illud præterea non negauerim permoleſte tuliſſe me clariſſimi uiri obitum, & ſi enim is nihil, aut parum ad me pertinere uidetur, quippe qui aulam nunquam aſſexi, nec publicis ullis muneribus interfui nõ poſſum tamen uehementer non commoueri, cum intelligã Hiſpanias, Italiam, Germaniam, Belgas, innumerabiles pene nationes, ac prouincias luctu confici, ac deſiderio optimi parentis, iuſtiſſimi regis, fortiſſimi Imperatoris mœrere, homo enim ſum, atq; eadem naui, qua plurimi mortales ipſe etiam uehor, ut tam prudentis gubernatoris interitu

minime mirandum sit si pro mea parte tamquam de proprio periculo doleam. quamquam bonorum ciuium illud est sentire, vt iisdem affectibus, quibus principes in ciuitate viri, illi etiam moueantur. Cum igitur audiam amplissimũ Ducem, omnemque illius illustrissimam familiam in luctu esse, atque ob grauissimum casum, acerbissimumque mœrore, ipse non doleam? non lugeã? non mœrore conficiar? ferrem profecto sim, ne dicam impius si tam graui, ac tã cõmuni doloris partem ad me pertinere non putem quod si mihi hoc onus salua officio subterfugere licuisset, ne ego illud haud grauate eloquẽtiori, minusue affecto reliquissem. Verum qui ad hanc pronunciam me delegerunt ornatissimi viri nomine, auctoritateque Illustrissimi Ducis reluctãtem quidem propter rei nouitatem aliquantulum, vt pio hoc munere fungerer me compulerunt. vt mihi iam nulla tergiuersationis, aut excusationis ratio relinquatur. Rem igitur grauem, ac meis viribus imparem hodierna die suscepi, vt omnium post hominum memoriam longe maximi, ac præclarissimi viri more maiorum virtutes, actamque vitam celeberrimo hoc loco, maxima clarissimorum virorum frequentia, honestissimis amplissimæ ciuitatis ordinibus, magistratibusque præsentibus aliqua ex parte attingam in qua re peragenda aliud mihi propositum est, ac alys in toto hoc genere esse soleat. nam genus, patriam, parentes, actamque laudabiliter pueritiam, magnamque iuuentutis partem præteream necesse est, non quod non vndique laudabilia illa sint, sed quod non nisi longo tempore explicari possunt, & nos ad maiora properamus, & quod ex his pleraque non propria vi comparantur, sed à fortuna

donantur. Praterea quis est tam omnium rerum ignarus, qui nesciat Austria familiam omnium, quæ in orbe terrarum habentur esse nobilissimam? & virorum illustrium, regum, Imperatorum, victoriarum, triumphorum multitudine, & continenti serie celeberrimam? Cui Federici, Maximilianique, augustissimi Imperatorum huius, quem fato functum lugemus, ac Philippi patris nobilitas, virtutes, factaque egregia non sunt cognita? hæc, ceteraque huius generis in his celebrentur, qui suarum rerum nudi alias unde laudum copiam mutuare coguntur. Nos enim ea tantum bona referemus, nec omnia, quæ non alunde accersita, sed propria virtute comparata vere laudabilia esse censentur. Qua fuerit pietate, qua fortitudine, qua mansuetudine, qua fide, qua benignitate, qua æquitate. Quibus laudibus referendis pro veretur dignitas postulat vtinam ego satis esse possim. Iam quidem illud omnibus constat eam præcipue fuisse causam veniendi primo in Italiam Cæsari, vt provinciam hanc multis bellorum tempestatibus agitatam prostratamque sua præsentia sublevaret, Vrbemque ipsam paulo ante à barbaris Borbonio duce vexatam, direptamque recrearet, summumque Pontificem in pristinam dignitatem reponeret, maximisque in illum conferendis beneficijs si quid simultatis ex præterita incommodis illius animo resedisset totum aboleretur. Quod factum in summum Christiani nominis, sacrorumque Antistitem quod commiserunt barbari totum impietate ducum, militumque auaritia inscio Cæsare factum esse indicant. Quod Clementi summo pontifici Cæsar reuera deinde probauit, vt paucis interpositis mensibus Bononiam cum maximo procerum

comitatu sese transtulerit, atque ibi maxima Christianorum principum frequentia, magnificentissima pompa, pulcherrimo apparatu imperatoria aurea corona Carolum insignierit, atq; honestarit. Qua dignitate inter Christianos principes nulla maior habetur, nec nisi de Christiana rep. benemeritis cæsaribus tribuitur. Cuius quidem dignitatis memor, suique efficij probe conscius non multum post tempus cum Thurcarum rex maximis eodem tempore copijs Germaniam magno conatu inuaderet, periculumque esset, ne prostratis Germanorum phalangibus magna celeritate in Italiam raperetur, veteranorum militum cum Hispanorum, tum Italorum undiq; conuocatorũ robur præmisit, ipse maximis itineribus secutus cum summi pontificis legato, militumque magna manu, quos Pontifex ad pium bellum ex omni Italia delegerat hosti occurrit. Quo loco cognosci facile potuit quantũ vnius Imperatoris nomen, atque auctoritas apud suos, atque apud hostes valeret. Cæsare enim exercitum ducente Christiani milites, quamuis numero hostibus multo inferiores, quique vsq; ad illam diem nullibi æquo marte discesserant, tunc nõ modo hostem aperto campo expectare, sed etiam in hostilium castrorum munimenta irrumpere gestiebant. Contra Thurcarum exercitus antea inuictus tunc primũ nostrorum militũ affectũ pati vix potuit, & quasi diuino numine consternatus magis loterũ beneficio, ac longinquitate, quã propria virtute tutus euasit. Quod si per annum tempora nostris hostem insequi licuisset, ea virtus Imperatoris, ea militũ alacritas fuit, vt bellũ breui confici potuerit, ac de hoste immanissimo honestissimũ triumphum

phum duci. Quid? cũ Ariadenus archipirata ingẽti classe proxima Sicilia, atq; Italiæ littora in Aphrica occupasset, arceq; totius regionis munitissima, Tunetanoq; regnopatitus maritimus noſtris regionibus imminueret, quanta celeritate optime Deus classem Italiæ, Siciliæ, Hiſpaniæ littoribus exornauit? magnoq; peditũ, equitũq; numero impoſito ita euolauit vt prius è ſpeculis hoſtu classem adeſſe cognoſcit, quã aut tantũ bellũ parari, aut militẽ cogi audiſſet. quod quidẽ bellũ genere ipſo periculoſum, nobis maxime neceſſariũ cũ peritiſſimo Duce, & validiſſimo militũ Turcarũ præſidio ſepto geſtũ, meunte vere paratũ, media æſtate intra paucos dies, a quibus milites conſcenderẽt confectũ eſt. qua victoria omnes pene Chriſtianorũ animi maximo metu ſunt liberati, hoſtes inſtructiſsima claſſe, portubus, vrbibus, arcibus, naualibus, omni bellico inſtrumento adnos impugnandũ cõparato ſpoliati. Omittimus hoc loco plurima bella, quæ eadẽ pietate impulſus aut ipſe ſuſcepit, aut per vicarios, legatoſq; varijs locis varia fortuna adminiſtrauit quo loco minime reticendũ quot claſſes, quot exercitus, quot nobiles duces ad antea ignoratas terras latiſsimo oceano à noſtris diſiũctas vera religionis cauſa dimiſerit. Sed quid ego hæc ſingillatim colligo quod vmquã Cæſaris factũ, quod conſiliũ, qua oratio vmquã fuit, in quibus vera, ac ſinceriſsimæ pietatis indicia non præferrentur? qua illũ res vmquã tã ſecunde aut ita extulerunt, aut tã aduerſa depreſſerũt, vt diuinũ cultũ, aut negligeret, aut illius obliuiſceretur? Nam quanto animi robore fuerit, quanta heroica magis quã humana fortitudine, vereor ne, vere ipſa eſt ita verbis explicari queat. nec

vero aliter tot labores obire, tot curas sustinere, tot pericula adire, tot insenssimis hostibus occurrere, tot victorias consequi potuisset. huic nemo vmquã pauentẽ, nemo nõ ex imperatoria dignitate sentienti ẽ, nemo nõ de sua virtute optime sperantẽ, ex vultu, ex oculis, ex sensu, ex oratione animaduertit quod in memorabili illa clade præcipue perspectũ est, qua nihil quisquã atrocius est expertus. cũ enim maximã classẽ, atq; omnibus rebus instructissimam ad maxime infensa Aphrica littora iterũ appulisset, partemq; copiarũ iam exposuisset, non dum bellicis instrumentis expeditis, non dum cõmeatibus cõparatis, cum fœda exorta tẽpestate naues inuicem colliderentur, mare fluctibus intumesceret, terra continenti imbre, procellaq; sauissimis præter illius ora consuetudinẽ pulsata fulminibus, tonitruisq; reboaret, tũ ex altera parte amnis imbribus auctus nullã effugiendi copiã præberet, ex altera hostis vrgeret, ac omnia demũ vndiq; atrocissimã mortẽ inẽtarent, tum vero inuictũ Imperatorẽ acerrimo vultu, magnoque animo, ac forti vidisses, cum alij pene omnes malo, metuque consternati facerent ea, quæ in tanta calamitate præstari poterant strenue parantẽ, hos, atque illos adeuntem, hortantẽ, monentẽ, sublleuantẽ, sibiq; ipsi in nulla re indulgentẽ, donec magna classis parte amissa, magna exercitus, qui adhuc in nauibus erat multis locis dissulsa, omni bellico instrumento, rebusque necessarijs partim submersis, partim vndis saloque corruptis flumen pedibus tã remisso aquarũ impetu transire coactus sit, quo loco magis de cuiusque militis quã de propria salute sollicitus fuit nisi enim omnibus ad alteram ripam incolumibus ipse flumen

trãsmittere noluit. Quin etiã in vado nõnullos lapsos manu sublevauit, altos infirmo passu gradientes sustinuit, vt hunc vnum illam exercitus partem incredibili animi fortitudine seruasse vere sentire, ac prædicare debeamus.
Quam virtutem non multis ab hinc annis Germani deinde sunt experti, ad quos cum sedandarũ seditionũ, & maiestatis retinendæ causa accessisset, bellũ à turbulentis Germaniæ principibus subito cõcitatũ est, quod bellũ prius geri, quã parari Cæsar sensit. ipse enim regio tantũ comitatu instructus, nullo pene milite septus placato animo in proximã venerat. cũ interea iam aperti hostes non dissimulanter liberas Germaniæ ciuitates opulentissimas ad defectionem metu seruitutis iniecto sollicitabant. qui omniũ opinione maiore exercitu collecto mox Cæsarem inuasuri videbantur, atq; hoc tanta celeritate, vt appareret iam antea meditatũ animo consiliũ vsq. in illã diem eos distulisse, quo illũ minus paratũ offenderent. Cum igitur hoc loco res esset, omnesq. qui Cæsari bene consuliũ volebant aut propere abeundũ censerent, aut ab armatis cõditiones accipiendas. quorũ vtrũuis ea persona quã Cæsar gerebat indignum esse iudicabat, turpemq; ignominiæ notã, si quicquã tale cogitaret subeundã, quidnis potius pati quãtumuis dedecus admittere decreuit. itaq. qua solitus erat in dubijs asperisq. rebus animi virtute consilia bello explicare aggressus modico cõflato exercitu hostes expectãdos censuit. qui vt animo erant prompti, ita ducũ peritia, militumq; numero freti maxima equitũ innumerabilis peditũ manu pene sub castra Cæsaris castra contulerũt. Cumq. multis vndique assultibus Cæsarianos milites lacessissent semper

cum

eum clade reiecti sunt. cumq. nullibi aquã in prælijs partem tulissent longo bello fatigati, cum Cæsaru copiæ, et numero, & militũ genere auctiores, confirmatioresq. tam essent, re infecta abierunt. quo tempore vix decs potest quãta in Cæsare virtus emicuerit. cum enim aly pene omnes animus defecissent, ille inuicto animi robore imperatoria munera solus obire, omnia prouidere, periculis vbi opus esset sese offerre, alios hortari, alios increpare, ac tandem totius belli, quo maius nullũ, ac periculosius nostra hac ætate gestũ est vnus sustinere, ac demũ tantũ instare, vt non multo tẽporis spatio omnes illius infensissimi hostes aly metu, aly incredibiliũ admiratione virtutũ, aly victi bello, ac capti ad victoru pedes sese protecerint, salutemq. ab eo supplices impetrauerint. quã quidẽ magn ex Cæsaru clemetia, quã ex alia vllare sunt consecuti. in quos sacrosanctã imperatoriã maiestatem armis, ac verbis conuellere conatos cum pro suo iure posses animaduertere, ac de illis iustũ supplicium sumere, omnes tamen seruauit incolumes, ac nõ multũ post tempus leuiter castigatos dimisit. O clementiã Cæsaru admirabilem, o mores Christiano principe dignos. hac eam a animi leniem, hac incredibilis benignitas celebrabitur illa quidẽ omniũ linguis sæculis innumerabilibus, magisq. hanc posteritas, omnis admirabitur quã tot victorias, tot triũphos, tot regna, tot, tamq diuersis locis victos, ac profligatos hostes. hanc enim gloriã propriam esse Cæsaris omnes semper gentes fatebuntur. bellicæ enim laudis partem vocari volunt milites, centuriones, locorũ, temporumq. opportunitates, ac postremo ipsa fortuna, cuius cũ in humanis rebus omnibus magnũ est momentũ, tum in bel

ſicis certe maximũ, at huius, quæ clementia, ac manſuetu
dine eſt comes nullũ habet ſocium Cæſar, eorum quod ex
ea capitur, totũ inquã & ſolidũ, quod quidẽ permagnum
eſt, Cæſaris eſt non igitur ſolũ bellica laude, quod fortiſſi-
mos hoſtes deuicerit, ſed multo magis, quod iracundiæ in
ipſa victoria, qua natura eſt inſolens, modũ impoſuerit Cæ
ſar eſt celebrandus. Cuius regiæ liberalitatis, ac munificẽ-
tiæ teſtes ſunt, quicumq; aut in bello, aut in alio quouis ne-
gocio egregiã illi operã aliquando nauarunt, quorum alij
regna, alij oppida, alij regias opes, maximaſq. dignitates
ſunt conſecuti nec vllo paulo illuſtriori facinoris merces eſt
non ex dignitate relata. nec quod pleriſq. regibus cõmune
eſt in quoſuis temere beneficia ſunt collata, ſed apud di-
gnos ſummo iudicio collocata. cuius raræ virtutis teſtis eſt
Gallia ciſalpina, teſtis Campania, teſtis Appulia, teſtes
denique omnes illius ditionis prouinciæ, quæ fortiſſimorum
virorũ, atq. honeſtiſſimorũ perpetuis magiſtratibus ſimul
exornantur, & muniuntur. hoc enim ille regiũ maxime eſſe
putabat nihil præter gloriã, ac dignitatẽ vehementius
eſſe expetendũ, cætera communia eſſe oportere, ac ſe non tan
tum maximarũ opũ, atq. ampliſſimarũ à Deo poſſeſſorẽ,
quantũ earumdem cõmodum diſtributorẽ eſſe inſtituiſſe. ve
ſi quis in illis parandis, ſeruandiſq. labor ineſſet, id ille ſuũ
putaret, cæterũ fructum aliorũ. Hac igitur mente, præcla
riſſimaq; virtute inſtructus fortiſſimus vir tanto militũ ſtu
dio, atq. alacritate quocumq. res poſceret, quaſi aliquibuſ
dam eſt ſublatus, vt facillimũ illi fuerit Turcarũ regum
regna opulentiſſima ſemel, atq. iterum inuadere, Africæ
munitiſſima oppida expugnare, Germanorum ingentes co

natus infringere, cum Gallis perpetuis hostibus continenter bellum gerere, & demum omnes maris sinus, omnes terrarum tractus cum armato milite summa felicitate, & celeritate peruadere. hæc igitur omnia tam non sunt, non sunt fortunæ alicuis Cæsaris præcipua, sed ipsius Cæsaris animo, ac virtutibus tribuenda. Quanta autem fide fuerit, quod regum præcipuũ esse debet, cum permultis aly socy, tum certe Illustrissimus dux noster omnibus satis indicio esse potest. cui statim ad summũ huius ciuitatis principatũ meritissimo euecto præsto vndiq. affuerunt cæsarianæ copiæ, quæ hostes iam mœnibus huius vrbis imminẽtes auerterunt, ac profligarunt. Quid? proximo bello, quod cum acerrimo duce, atq impigro gallicu opibus, atq a mu abũ de fulcto est gestum, quanto studio spectata virtutis equitibus, ducibusq. maximo in periculo nos sublenauit? atque adeo, vt qui quasi victores alacres passim nostru oppidis insultarent paulo post victi, ac profligati insignem de se victoriam nostris militibus tradiderint. eo enim animo semper Cæsar fuit, vt sociorũ fortunas cõmunes esse putaret, nec magis sua, quã illorũ iura inuiolata esse vellet. eiusdem fidei illud etiã est argumentũ, quod Alexandro Duce per dolum necato cum facillimũ Cæsari esset florentissima ciuitate atq, opulentissima vt serua vei, cum in manu totius florentini regni munitissimæ arces haberet tantum abfuit vt hoc faceret, vt cum principum in ciuitate virorum honestissimus ordo Cosmum Medicem ex fœderum tabulis ad summam dignitatem summa cum auctoritate euexisset maximo studio illorũ cosilia, et multu laudibus facta prosecutus sit, ipsumq. nouũ principem maximæ indolis adolescẽ

tem opibus, promiſſis, præceptis, ſpe, adiuuerit, confirmauerit, auxerit. Numquam profecto me deficiat oratio, ſi quæ in hoc genere ab illo iuſtiſſime, ac ſapientiſſime geſta ſunt referre velim ſunt autem numero pene infinita, genere præclara, ac ſua luce ita illuſtria, vt nemine memorante ab omnibus facile intelligi, & cognoſci poſſint. nullus enim pene locus eſt in orbe terrarum, nulla prouincia, quæ non huius integritatis, & fidei inſigne aliquod monumentũ præferat. Quid ego in hoc viro æquitatem, inſtitiamue nũc laudẽ? cum eẽs humani animi virtutes ita mutuis quibuſdam vinculis connexa, complicataq. ſint, vt vna ſine altera nec eſſe, nec intelligi poſſit, vt qui hanc, aut illam in aliquo laudarit, alias ſciat etiam ſe laudaſſe Nam quæ in cæteris imperatoribus maris laudibus extolluntur virtutes labor, induſtria, celeritas, conſilium iure à me prætermittentur, malo enim eas ex rebus geſtis, atq. ex victorijs de acerrimis hoſtibus patis, hoc eſt ex re ipſa, quam ex verbis cuiuſuis intelligi. Quamquam ego quidem cenſeo omnes regias virtutes, atq imperatorias ea ſententia cõtineri, quã Alexander ille Macedo in ſapientiſſimo poeta laudare præcipue ſolebat, bonum eſſe regem, ac ſtrenuũ bellatorẽ. quæ vox huius noſtri animo multo magis quàm Macedonis haſiſſe videtur, qui fore aſſe magis illius vim tenere, quã ex illa vitam inſtituere didicit. Si enim vitæ ſq vitam diligenter perpenderimus hunc noſtrum morum integritate lõge præſtitiſſe etiam Alexandri amici fatebuntur. ſiquidẽ ab hoc nihil niſi pium, æquũ, temperatũ, mite, ab illo impia nonnulla, iniqua quædam, luxuriosa, ac crudelia Nã res geſtæ quibus maxime celebratur Alexander haud quaquã ſunt cum his, quas hac ætate vidimus aut hoſtiũ

genere, aut bellorum, regionumq. varietate cõferenda. hic validissimas Germanorum phalanges perrupit, huius impetũ deuota mortis Turcarũ pector anõ expectarũt, huius virtuti Asiorum artes cesserunt, hunc confertissimæ Gallicæ equitatus turmæ non sustinuerunt. Macedonũ autem Asiaticæ nationes, natura imbelles, longo seruitio enerua te, luxuria diffluentes quasi quedã optima præda à Fortuna obiectæ sunt. quas nullum pene negocium fuit à veterano milite, et à Philippo patre ad omnia belli munera exercitato superare. Multa à me in hoc genere prætermittuntur, ne videar euueteratæ celeberrimi iuuenu, ac fortissimi gloriæ inuidere. Quod si qui sint qui Scipiones aut Annibalem, aut Iulium Cæsarem, aut alios quos uis huic nostro præponendos censeant illorum opinionem ut puto multo melius refellent futura sæcula, quæ sine amore, sine cupiditate, sine odio, aut inuidia multo integrius diiudicabunt. Sed ut hoc etiam cõcedamus patrem in aliquo fuisse bellicã laudem, in hoc quidẽ, quod decemus omnes se uincet æquo animo patientur. Nam hostes manu, consilio, artibus superare hoc quidem multis concessum est. Sed se ipsum vincere, regnandi cupiditatem non modo temperare, sed ex animo penitus extirpare hoc à nullo factũ esse vnquam audiuimus, videturq. hoc non tam humanũ esse, sed diuinũ. Siquidem nulla alia magis de causa simultates, odia capitalia, neces inter arctissima necessitate deuinctos exiterũt. hoc enim illud est quod spectatæ etiam virtutis homines sæpe omne subuertere coegit, ut non puduerit non inelegãtes viros crebro illã sententiã usurpare, si ius violandũ est imperij gratia violandũ. tantopere hæc regnandi cupiditas optimũ quodq. ingeniũ nescio qua dulcedine ad se mirũ in modum

illicit. quo magis diuini, hominis consiliũ semper admire-
mur necesse est ego quidẽ quibus verbis hoc explicem, ipse
profecto nescio. Nã quæ hucusq. de eo à nobis dicta sunt, et
si vix credibilia humana tamen fuerunt, & verbis cõmuni-
bus proferri potuerũt hoc autẽ diuinũ penitus est vt vere-
ar interdũ, ne huius de quo loquimur manes si hoc licet di-
cere mihi subirascãtur, si diuinũ hoc factũ quoquo modo
humanitus laudauero. præsertim cum ipse mortalẽ hanc
vitã viuens gloriolã hanc vaganẽ per hominũ ora semper
neglexerit, & nunc alteram illã beatissimã multo magis, vt
inanẽ, et futilẽ neglegat. Sed tamen o quondã mitissime,
ac maxime, nũc vero etiã sanctissime, ac beatissime Impe-
rator si qua ex cœli regione nos aspicis, tibiq. sacra hæc fie-
ri, ac iusta celebrari vides per te nobis liceat ea, quæ nun-
quam in alio vidimus, numquam audiuimus, inquã legi-
mus, numquã fieri posse credidimus, liceat inquã prædica-
re, laudare, admirari, obstupiscere antea quidem res tuas
gestas, imperia, victorias, regna ita verbis extollere soleba-
mus, vt nũquã tale vlla memoria fuisse, nũquam futurum
fateremur, nũc postremũ hoc quale sit nichil nobis superest
quo modo proferamus tantũ enim ac tale est, vt vix mente
cõcipi, ne dum humana vlla vi efferri possit. Hic enim cũ
omnibus, quod Christianissimũ principem ac vere piũ cum
in bellorũ administratione, tum regnorũ gubernatione fa-
cere oportet fortiter, iusteq. muneribus functus esset, vera-
que illi gloria ac nũquã obliuia, quæ recte factis comita-
tur satis superq. feciſſet, memor alterius vitæ, ad quã sem-
per aspirauerat rebus his caducis, atq humanis modũ im-
ponendũ esse sapientissime statuit. cumq. dignos quibus ad
ministrandarũ, regendarumq. maximarum rerum curã

Digitized by G

traderet Philippum filium, & Ferdinandum fratrem si-
bi praſto eſſe videret in hunc omnia aucta & bello parta
regnorũ iura, omnes regias opes, et liberã regnãdi auctori-
tatem, in illum omnia imperatoria maieſtatis, ac digni-
tates inſignia volens, libens, firma mente, tempore maxi-
me opportuno, ſapientiſſimo conſilio trãſtulit. quo ipſe om-
ni humana cura liber, quod diu maxime exoptarat vita
ſempiterna, ac vera adhuc viuens partem guſtaret. qua
vita vita maxime eſt habenda ac Diuorũ propria, cuius
ſuauitate ita ſeſe oblectauit, vt ei, cui omnibus humanis af-
fectibus extinctis nuda, ac perfectiſſima mens Dei ipſius
perfectione frueretur. quod quidem quantum, & quale ſit
mihi quidem ad cogitandum difficillimum eſt. atq. ita vi-
tam hãc per aliquod tempus beate traducens eo peruenit,
vt deficientes ſenſim corporis vires vix ſentiens ad finem
huius, & principium alterius deuenerit, quo quidem in lo-
co qui ſunt (ſcimus omnes) quãtopere huius dulciſſimæ lu-
cis amiſtione moueantur ille autem, vt qui diuinã iam, ac
perfectiſſimã vitã diu fuerat meditatus, illius q. ſuauitatẽ
guſtarat, eo gaudio ex hac euolauit, vt qui è teterrimo ali-
quo, obſcuroq. carcere in libertatem, & in lucem emittun-
tur. Hoc igitur ſanctiſſimi hominis factum ita admirabile
eſt, vt omnem excedat ſenſum nam hominem eſſe, & om-
nes humanos exuere affectus vix in quoquã credibile eſt.
quod tamen & factum eſſe, & ab eo viro factum, qui cæte-
ros omnes opibus, gloria, ſplendoreque anteiret, videmus.
Hunc igitur merito lugemus nobiliſſimi viri, quem & na-
tum eſſe plerique ſemper letabuntur, et mortuũ maximo de-
ſiderio proſequentur. ſed vereor interdum ne gemitu, fle-
tuq. noſtro, ac magna lacrimarum vi, quas dulciſſimus fi-

Eius, amãtissimus frater, chari nepotes, omnis augusta domus ac familia, quae Hispania, quae Germania, quae Italia, quas illustrissimi nostri principes, quae nos ipsi ad hoc inane bustum fundimus illius oculos, atq. aures obtundamus, quod securissimã illius quietem perturbent. ebillo igitur veniã impetrandã censeo, vt quo maiorem illius virtutem, ac diuinitatem fuisse carendo nunc intelligimus, eo magis dolore, lacrimisq; nos sinat aliquãtulum indulgere, vt cum tanto, ac tali parente, patronoq; orbati simus patiatur nos inani hoc quidem, sed tamen nobis debito, & in tãta calamitate gratissimo officio fungi, cumq; tot, tãtisq; beneficijs aucti, virtutibus immortalibus illustrati, exempla ad veram gloriam, atq; honestatem imitati hoc illi saltem ex nostro affectu, si non ex illius merito rependamus. nec enim animo tam firmo sumus, vt tam aduersam fortunã ac miseriã aequissima mente feramus. querimurq; interdum eam esse omnium mortalium conditionem, vt post tot curas, post tot labores, aegritudines, morbos aquaomnibus moriendi necessitas sit imposita, oportuit enim quorundam vt opera fuerunt immortalia ita et vitã esse immortalem. sed in hoc meipsum reprimo, quod fortasse nõ ex vero, sed ex humano affectu de rebus diuinis diiudico. ille enim vitã immortalem maximis in humanũ genus cõferendis beneficijs, & vero Dei cultu seruãdo est assecutus. Verum tamẽ hoc tã fatu sit, Vos autem in tãta acerbitate humanissimi viri illa spes cõsoletur, quod Cesare vita functo, ex paterna disciplina Philippum filium clauo successisse videmus. quo guberãte nõ minus secundã naugationem, quod tã experti sumus & celum & dy. & venti, & maria, & sidera pollicentur.

FINIS.

9 4A700

560.1

Digitized by G